



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 13. At illa venit. Orationi necessaria est perseuerantia, licet nobis nullus respondeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

ratio postulat: quando non responderet sic sua- det utilitas: quando te suspendit, nec indulget postulata, hoc in tuum cedit emolumentum. &c.

§. 13. At illa venit. *Orationi necessaria est perseverantia, licet nobis nullus respondeat.*

34 **A** Num non abiicit mulier, quinimo bene intellectis verbis, quibus Christus Apostolorum respondit suffragio, non hoc attendit, quod eis petita non concedat, sed tam praeclaris se certens mediatoribus suffultam, per hoc novos resumens spiritus, gradum accelera, Christo se praesentat, eiusque pedibus pronoluta, clamat altius: *Domine adiuva me: O prudens negotiatix, quam abunde promotam in eo, quid necessarium sit, ut oratione faustum optatum, que adeo placet obtineas, nimirum perseverantia: licet enim tibi verbum non responderit, terga veterit, Apostolos repulerit mediatores, in eodem tu constans perseveras. Nam forsitan coelestis illius Doctoris audisti lectionem, quam nobis de conditione praescripsit orationis. Amen dico vobis, si perseveraverit pulsans, &c. dabit illi quicquid habet necessarios? Hoc grauius accipit Deus scilicet, quod cum nobis non concedit ea quae petimus, illico languescimus, & quasi nos repulso a bitramur. Hæc Saulis erat insipientia (quam tam apposite damnauit. Vates Samuel) dum sequestris sacerdotibus à Deo postulans suis ærumnis subfidum, Deo autem illi statim non respondente præcipit sacerdoti: *Contrabe manum tuam, quasi dicas scriptura desistit orare: quia orare in SS. dicitur, manus letare. O caput insipidum, quam parum eruditus in modo cum Deo negotiandi per orationem quæ tam debet esse discreta ac sapiens, quam perseverans, ac proinde sapienter paulo ante improperauerat ei Samuel. Stultus egisti. Hoc eleganter exposuit orationis instructor Rex David: *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad insipientiam mihi. Deus meus, sol mihi ad portas tuas orietur surgente aurora, peroranti: & licet nemo sit qui respondeat, toto die perseverabo pulsans, & dum sic me pulsante præterlabitur dies, nec refero beneplacitum, non ob hoc secudam radiosus, sed ibidem perseverans noctem transigam insonnis, nec me quisquam ut stultum reprehederet. Non ad insipientiam mihi: Si quotidiana exemplo, quidam primo diluculo, ad domus ostium accederet, fortius, ac sepius pulsaret tintin-***

nabulum, nec vllus deintus responderet, sicque vsque ad meridiem immotus persisteret, sed nec languesceret, imo vsque ad noctem perseveraret tum demum impetu percuteret ædes fortiori, clamores attolleret in cælum, cuncti qui cum sic pulsantem, sic vociferantem spectarent, & quotquot in vicinia commorantur, quid aliud illi obicerent, nisi o stultior Terebintho, o barbarus sapiens: cum neminem videas tibi respondentem, quid pulsando insistis: tibi nobisque frangis caput. Hoc consentio quoad eos qui hominum ædes pulsant indefessi: verumtamen iis, qui portas Dei pulsant, licet rogent clamant vociferentur, die vna, nocte vna, anno vno & altero, & non sit qui eis respondeat nulla erit insipientia, si perseverent, quinimo hoc Dominus intendit, & stultitiam si discedant arguentur: hoc etenim ad bonam requiritur orationem, ut sit perseverans, non vna hora, non vno die, non vno anno, sed omni vitæ tempore. *Non ad insipientiam mihi. Non ut stultus reprehendat, quia Deus meus es tu. Deus meus clamabo per diem. Qualis est ille Deus: Deus viuus: Sicut anima mea ad Deum fortem viuum. Lymphatici erant Sacerdotes Baal, & vti illos Elinni peccitos videt Vates Elias. Prima etenim luce Deum suum Baal inuocabant: *Baal exaudi nos. Perseuerant clamantes vna, & altera hora vsque ad meridiem: quibus tum Elias per iocum exprobrans, ait. Clamate voce maiori, Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Perseuerabant, & nullas illis respondebat, irridebat eos Elias, & ut stultos notabat, quia Baal Deus erat mortuus, exanimis, insensibilis, cæcus non videbat, surdus non audiebat.**

Qui talem inuocat Deum, & continuo strepitu ostium pulsat eius qui mortuus est, illum veniens captum arbitrare, sicut enim ad primam vocem non responderet, nec respondebit ad certissimam, ad nullissimam. At ego, (inquit David) Deum adoro sed viuum quem scio, quod me audiat, quod me videat, & qui desideret, ut cum illo vi instem orationis. Itaque licet luceat merides, sol occidat, aduerserascit, pulsans, ac clamans perseverabo, sed nec ut rationis inops redarguar. *Non ad insipientiam mihi.*

Subiicit expendit D. Christoff. Quam praeclise narret Spiritus S. ætatis annos Isaac quando Rebecæ in matrimonium iungebatur, & illos, quando peperit ei Iacob. Quando nubebat ipsa, Isaac erat annorum quadraginta, quando pariebat

Ps. 41. 2. 1
L. 3. Reg. 6
18. 26. 2

35
Ho. 29. 30
Gen.

128. 14.
15.
1. Reg. 13.
2. 23. 1.
T.
Similitu-
do.

pariebat. sexaginta: ita ut per viginti annos fecit infœcunda. Casus hic fuit, quàm primùm nuptia erat, & se cognouit infœcundam, maritus eius Isaac supplex ad Deum recurrit: *Deprecatus est Isaac pro Rebecca uxore, eo quod esset sterilis.* Quanto tempore in oratione perseverauit? vno die? vno mense? vno anno? decem? viginti annis perseverauit precibus Deum interpellans, ut huic occurreret necessitati: Et licet, Dei expressum audisset promissum, de filiorum generatione quò quis dicat, quòd ab oratione surgere potuerit. Huic nixus Dei juramento, fide firma credens, licet Deum non rogaret, ipse suis, Deus staret promissis inuariabilis: non hoc tamen agit sed viginti annis perseverat. continuis precibus indefessus: nec dies præterfuit, quo diuinæ misericordie non pulset viscera vir animosus. Quid tibi faciendum, qui, eius quod petis, nullo iuramento, seu Dei promisso, sed nec, an hoc tibi conveniat, scientia nosti non dubitata. Conclusum est hoc argumentum, at iudicio meo illud omnium certissimum, desumptum ex Christi ipsius factò, quòd congruè proponit D. Hieronymus.

Gen. 6.23
21.
II.
Viginti
annis per
seuerat
Isaac in
oratione

De. 2. con
trahelag.
Heb. c. 5. 7
Mat. c. 26
35.
Luc. c. 22.
48.

Adest hora Christi passionis, cedens locum carnis timori, secedit ad orationem in hortum Gethsemani: Patrem rogans, *Qui possit illam saluum facere à morte.* Semel rogat & orat: *Si possibile est: etc.* Non respondet ei Pater: *Perstat secundo & orat. Pater si possibile est: sed nec responsum vllum percipiens: tertio reuertitur inde rogaturus. Orans teris eundem sermonem dicens. Tandem respondet ei Pater per Angelum: quòd fieri sit impossibile, & non expedire id quòd petit. Tum diutius & affectuosius coepit orare: Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrens in terram.* Mòdo, dum patitur repulsam, dum ei respondetur, fieri non posse, nec locum habere seu concedere id quòd petit, regreditur prolixius oraturus, idem rogaturus. *Prolixius orabat: videtur enim, quòd Pater potuerit illi dixisse, quòd esset nimis in orando prolixus: sicut tu quoque dicis illi, cù postquam declarasti, quòd nullus sit locus eius petitioni, perseverat tamen in rogando: Vade Domine, nimis prolixus es. Arcanum mysterium, an Christus ignorabat, sibi non concedendum, quòd supplicaba? Nouerat optimè, & licet fuisset purus homo, qui hoc ignorare potuisset, jam tamen ex reuelatione Angeli nosse potuisset. Corrigitur rogat id, quòd sibi prouenerat minimè concedendum? Ad quid instat & vtget sapius orando id quòd nouit sic statutum*

à Patre, aliter non faciendum? Vt quid audita iam vltima resolutione & sententia definitiua, Christi locum non dari eius libello supplici, reuertitur in oratione esse continuum: de Dei subsidio minime diffidentem, qui tuis in omnibus opportunus aderit tribulationibus auxiliator? Hoc tuum est, hoc te rogat David diuinis illis verbis: *In Esai. 41. Deo saluate meum & gloria mea: Deus auxilium mei, & spes mea in Deo est: sperato in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster in aeternum.* In Deo salus nostra remedium, subsidium, omnes in eo sperate, si omnes rogate, omnes eum inuocare, si taceat, si non tibi respondeat, ne propter hoc tergauertas sed potius resumptis viribus, coram illo supplex prosternere, coram illo cordis tui effunde viscera, coram illo suscipis ingemisse lacrimosis. *Effundite coram illo corda vestra. Crede, confide, nosce: quia Deus adiutor noster in aeternum.* Sic sapiens hæc agit mulier negotiatrici.

§. 14. Non est bonum. Hac repulsa prouocat Christus huius mulieris fidem, qua hortus apparet caelestis.

Retorquet Christus in illam vultum asperum, & quasi nauseabundus, vel stomachabundus ait illi. *Dixedito hinc canis: Anne bene fecero, si panem filijs abstraxero, & canibus portexero filij si n. luda i. Chananaei, canes, panis, beneficia, dona gratia: Foris canes Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* O Deus optime, an tale verbum ex ore tuo posse depromi quis credat? sponsa tua, cui vt pote apprimere notus, ait, quòd ore tuo non depromas nisi suauitates gutture tuo dulcissimo formatas: *Guttur illius suauissimum,* non semel repetit Apostolus, *de decet e Episcopum esse percussorem. Non percessorem: Hoc est (interprete nostro Caietano) non decent Episcopum amara & graua verba, illis enim læditur anima, & medulla lancinantur. Flagelli plaga facit liuorem: plaga autem, lingua comminuit ossa: testatur Spiritus S. De quo D. Chryl. fuse tractat, expendens Davidem grauis verboreus inferebat, quam ipsa opera pessima, quibus eum Abfalon filius suus laceflebat, qui patrem ad eas impellebat angustias, vt palaxe suo,*

tionem per
Hieroa.)
seueran-
tione tuis
tiã.
reuerterit
opti-
me con-
scius, quòd
eius Pater
non annue-
ret peti-
tioni,
quanto
maiori te
debet fidu-
cia plenum
in oratione
esse conti-
num: de Dei
subsidio mi-
nime diffi-
dentem, qui
tuis in om-
nibus oppor-
tunus ad-
erit tribu-
lationibus
auxiliator?
Hoc tuum
est, hoc te
rogat David
diuinis illis
verbis: In
Esai. 41. Deo
saluate meum
& gloria mea:
Deus auxilij
mei, & spes
mea in Deo
est: sperato
in eo omnis
congregatio
populi, effun-
dite coram
illo corda
vestra, Deus
adiutor noster
in aeternum.
In Deo salus
nostra reme-
dium, subsidij,
omnes in eo
sperate, si
omnes rogate,
omnes eum
inuocare, si
taceat, si
non tibi
respondeat,
ne propter
hoc tergauer-
tas sed potius
resumptis
viribus, coram
illo supplex
prosternere,
coram illo
cordis tui
effunde
viscera,
coram illo
suscipis
ingemisse
lacrimosis.
Effundite
coram illo
corda vestra.
Crede, confi-
de, nosce: quia
Deus adiutor
noster in
aeternum.
Sic sapiens
hæc agit
mulier negoti-
atricis.